



U. q. 374, 1



54

ATTESTATUM
Cancellariæ Electoralis Moguntinæ,
contra novam Declarationem Dni.

*Plenipotentiarii Suecici, Johannis Adleri Salvii,
tempore pacificationis Westphalicæ,
eidem attestato insertam,
de die 16. Octobr. 1648.*

STATUM Civitatis Bremensis ejusq;
TERRITORII tunc temporis PRÆSENTEM

juxta art. X. vers. Civitati verò Bremensi. &c.
concernens.



SEMMACH der Königl. Schwedische
Legatus, Herr Salvius, erstlich zu Osnabrück
den 6. Septembr. jüngst bey Obsignation
und Deposition des Instrumenti Pacis Cæ-
sareo-Suedici, unter andern / eine declara-
tion super Legationis Suedicæ intellectu, verborum arti-
culi de Civitate Bremensi, Instrumento inserti in **S**chriften
übergeben / und ein Attestatum, relatæ talis declarationis, ad
Protocolla, in forma præscripta & exhibita, begehrt: **U**nd
aber die Käyserl. Herren Legati, der Zeit conventionem se-
mel factam anziehend / dergleichen etwas anzunehmen / oder ad
protocolla zubringen geweigert / folgendes allhie zu Münster
wohlged. Herrn Salvii Excell. solch petitum attestati erwie-
dert / und endlich / auff beharliche Weigerung der Herren Käis.
Gesandten / es von den Ständen des Reichs erfordert / des **E**nds
auch folgende Formulam dem Reichs Directorio eingeschri-
bet: Civitati verò Bremensi ejusq; territorio & subditis „
præsens suus Status, Libertas, Jura & Privilegia in Fe „
clesiasticis & Politicis sine impetitione relinquuntur. **S** „
A quæ

quæ autem ipsi cum Episcopatu seu Ducatu aut Capitulis
sint aut imposterum enascantur controversiæ, eæ vel
componantur amicabiliter vel jure terminentur: salva
interim cuique Parti sua quam obtinet possessione.

Quæ quidē verborū formula, prout concepta est, ita sine
mutatione in Instrumento Pacis relinquitur. Quia ramen
nuper intellectum est, eam *in ambiguos trahi sensus*, (a) id-
circo ut in futurum, quantum fieri potest, ambiguitati li-
tibusque ansa præscidatur; Legatio Suedica hoc modo
se eam *semper intellexisse* (b) contestata est. Primò qui-
dem, ut per territorium, & subditos, non intelligi debeat
jus territoriale aut territorium, & subditi præfecturarum
Civitatis, procul ab urbe, *in Ducatu Bremensi sitarum*, (c)
sed *territorium seu fundus* (d) & subditi solius Urbis Bre-
mensis, *Urbique immediatè circumjectorum Pagorum*: (e)
dictas autem præfecturas cum suis subditis eo statu fore,
quo *ante hos motus* (f) fuerunt; Deinde ut per præsen-
tem Civitatis Statum intelligi debeat is, qui fuit *tempore*
tractatus Pacis inchoati, (g) quando *hic Paragraphus concii-*
piebatur; (h) non autem is, qui est *tempore subscriptæ &*
ratihabitæ Pacis, (i) quo intervallo multa de facto *im-*
mutata perhibentur, (k) possessio enim legitima ejus tem-
poris, quo dicti tractatus *inchoati fuerunt*, (l) extra con-
troversiam manet.

Als ist zwar zu Beförder = und accele-
rirung des Friedenschlusses / und lang urgirter subscription
Instrumenti Pacis, ein solch Attestatum, mit diesem final
und Unterschrift: Quæ quidem *explicatio coram Imperii*
Deputatis, (m) non semel sed iteratò facta, cum Legatio
Suedica postulârit, ut Protocolis insereretur, hisce inser-
tam esse attestatur Monasterii Westphalorum die 15.
Octobris, Anno 1648. Cancellaria Moguntina; der Kö-
nigl. Schwedischen Legation außgereicht: Dannoeh wird
hie-


hiemit bezeuget/das man dardurch nur das factum Declara-
tionis & instantiæ Legationis Suedicæ, beurfunden/mit nich-
ten aber dero zwischen Röm. Kaiserl. Majest. und der Cron
Schweden Herren Plenipotentiarien im Majo, Anno 1647.
geschlossenen/und zu Anfang dieses lauffenden Jahres / mit
Zurücklassung dero an Schwedischer Seiten gesuchten Endes-
rungen / erhalten / dem Instrumento Pacis mit Bewilligung
des Heil. Röm. Reichs Chur, Fürsten und Ständ inserirten
Convention, dannenhero auch weder gemeldter Stadt Bre-
men / von allerhöchstgedachter Kaiserl. Majest. allergnädigst
confirmirten Stand/Freiheiten/Rechten und Gerechtigkeiten
ratione territorii & subditorum in Urbe, Pagis, Præfe-
cturis, Urbi vicinis aut remotis, oder sonst irgends / noch
deroselben possession, so Sie tempore dictæ conventionis
wolherbracht/oder hernechst zu einiger Zeit von Rechtswegen
haben und erlangen mag / einiger massen derogiren wollen.
Gestaldt diese Erklärung ebenmässig dem Reichs-Protocoll
einverleibt / und der Stadt Bremen Abgeordneten zur Vhr-
kund und mehrern Versicherung dieser Schein ertheilet wor-
den. Signatum Münster den 16. Octobris, Anno 1648.

L.S.

Churfürstl. Mainzische Cancley.

NOTA

NOTÆ
ex parte Civitatis Bremensis
modo dictæ declarationi Salvianæ Osnabrugis
oppositæ.

- a)  *N* ambiguo trahi sensus.] Mirum, quæ in verbis tam claris ac indubitatam significationem apud omnes habentibus, ambiguitati locus esse possit, præsertim publicè existentibus, & ab altera parte contrahente, imò à parte Civitatis, toties scripto & voce propositis & inculcatis verborum istorum ponendorum retinendorumque causis.
- b) *Semper intellexisse.*] Si intellectum, quem Legatio Suedica semper habuisse vult, verba, de quibus conventum est, non patiuntur; sequitur Legationem Suedicam, semper aliud intellexisse, quàm ex verbis intelligi potuerit. Quod si verò non eodem modo Legatio Cæsarea intellexit, sed eo, quem verba præ se ferunt, & rationes undique propositæ inducunt, sicuti certum est; sequitur nihilominus, non adeptos Plenipotentarios Suedicos, quod intenderint, ac nihil, secundum illum ipsorum intellectum, ipsis concessum esse, quandoquidem citra voluntatem & assensum Cæsaris, nihil adeptos esse, constat.
- c) *In Ducatu Bremensi sitarum.*] Præfecturæ Civitatis non sunt sitæ in Ducatu Bremensi, sed Ducatui conterminæ. Etsi vel maximè undique Ducatu cingerentur (quod non fit) nihilominus suis terminis, à Ducatu, terris separatæ essent.
- d) *Territorium seu Fundus.*] Dato, *territorii* vocabulum, etiam nudum fundum, absq; Jure territoriali, significare; non puto tamen, hoc loco, nisi significatione Juridica, accipi; præsertim cum de ipsa illa voce, sub Tractatu
dispu

disputatum, & postquam aliquoties à Legatione Suedica submota, ejusque loco, vox [*Districtus*] substituta esset, propterea quòd ab altera parte diceretur, Jus territoriale controversum fieri non oportere, nedum negari, ac *districtum* minus esse, quàm *territorium*, reposita sit. Deinde, si vel maximè nudus fundus Civitatis, vel *districtus*, voce territorii significaretur, nihil tamen hoc detraheret Juri territoriali Civitatis, in isto omni *districtu*, quippe, cum *presens Status*, ac jura omnia Civitatis, disertè sint confirmata.

Urbiq; immediatè circumjectorum pagorum.] Verba Paragraphi sunt: Civitati verò Bremensi ejusque territorio & subditis &c. Quis hìc ex Civitatis territorio & subditis, intelligat partem territorii & aliquos duntaxat subditos? aut si Urbs, & pagi Urbi immediatè circumjecti duntaxat intelligendi fuissent, exclusis præfecturis procul ab Urbe sitis (quamvis in nupero descriptionis ac contributionis attentato, nec hujus declarationis distinctio observata fuerit) quis credat id non fuisse exprimendum? Et rursus, cum omnia Jura in Politicis & Ecclesiasticis Civitati conservata sint, frustrà distinguuntur pagi immediatè Urbi circumjecti, h.e. quatuor Goæ seu Gograviatus, à Præfecturis longius distitis, quippe in quibus Civitati tantundem Juris est, quantum in istis. Neque Cæsar in Diplomate, ante conventionem hanc dato, Præfecturas à Gograviatibus sejungit.

Ante hos motus.] Si initium belli Suedici indigitetur, (f) ex præfecturis hujus Civitatis nullæ collectæ Archi-Episcopatus solutæ sunt illo tempore. Sin motuum Bohemicorum initium spectetur, ante id tempus quidem, licet non semper, propter combinationem quotæ Archi-Episcopalis cum quota Civitatis, in matricula Imperii Anno 1521. factam, passa est Civitas (ex arbitrio quidem & nullo Jure coacta)

coacta) ut Præfecturarum, item Goarum subditi partem ferrent earum contributionum, quæ communi Statuum Comitiali que consensu decretæ essent, eaque pars à Commissariis Civitatis exacta, ab iisdem ad Cassam Archi-Episcopatus; quæ intra Bremam tunc adhuc fuit, perlata est.

Cæterum à S. Cæs. Majest. Civitas jam in Anno 1641. ad separatam, quam olim habuit, quotam admisa, & per Diploma dictum, de die I. Junii, Anni 1646. collectatio subditorum, in Præfecturis & Gois, Civitati soli attributa erat, cum Paragraphus Quæstionis illâ formâ concipiebatur, neque ullo tempore, dum Corona Sueciæ Archi-Episcopatum tenuit, Præfecturæ vel Goæ Civitatis, Archi-Episcopatu contribuere. Nec igitur circa Jus Præfecturarum ad tempus, quod motus hosce præcessit, respiciendum, fuit, quod & aliàs nihil ad hanc causâ pertinet, sed Status conditio, Jus & Possessio, quæ tempore conventionis fuerunt (quippe præsentis Statu, Libertate, Juribus & Privilegiis per Instrumentum Pacis confirmatis) spectanda sunt.

g) *Tempore Tractatus Pacis inchoati.*] Mense Aprili, Anno 1647. mentio præsentis Status injici cœpit, ac mense Maio in formulam præscriptam conventum est. Quæ ratio igitur, ut quis per [*Præsens*] intelligat, quod fuit tempore Tractatus Pacis inchoati? Quod tempus utique, si vel à propositione Coronarum, de I. (II.) Junii 1645. factâ ordiamur, integro ferè biennio, mentionem præsentis Status, & conventionem de istâ formulâ, ac totis septem Mensibus, postulationem Archi-Episcopatus in satisfactionem Coronæ, præcessit.

h) *Hic Paragraphus concipiebatur.*] Ergone tempore inchoati Pacis tractatus statim de Brema actum, quo tempore nondum ulla ditionum, pro satisfactione Coronæ, nominatio facta erat? Paragraphus hic concipiebatur

tur non ante, sed post postulatum Archi-Episcopatum, postquam Domini Cæsarei ad postulationem respondissent, postquam hi in cessionem Archi-Episcopatus consensissent, projectum Instrumenti Pacis edidissent, Civitatem Bremensem cum Præfecturis, Gograviatibus, Subditis, pleno Jure ab istâ cessione exemissent, deinceps inter illos Dominos Plenipotentiariorum Suedicos, & Civitatis Ablegatos, hac de re sapius actum esset, Mense Majo A^o. 1647. teste manu Secretarii Legationis Suedicæ, Domini Matthiæ Biörenklaw, die 19. illius mensis, jussu Illustrissimæ Legationis data. Ac uti paulò ante dictum, ante Mensem Aprilem, dicti Anni 1647. nulla PRÆSENTIS STATUS (ut nempe per hæc verba conciperetur Paragraphus) mentio injecta fuerat.

Subscriptæ & ratihabite Pacis.] Instrumentum non (i) loquitur, nisi ex die quo subscriptum est, non ex anteriore die; idque more & Jure omnium gentium. Contenta tamen est Civitas, referri verba Paragraphi ad tempus conventionis, formæque conceptæ & approbati Paragraphi. Conventio, uti dictum, facta est Mense Majo, A^o. 1647. & repetita, novationibus, à parte Legationis Suedicæ tentatis, missis factis, Mense Januario, Anno 1648.

Immutata perhibentur.] Quænam illa sunt, quæ ad (k) Sueciam ullo modo pertinentia de facto mutata sunt, inter tempus conventionis de forma hujus Paragraphi & tempus subscriptæ Pacis? Ne minimum ostendi poterit, Si præfectura Archi-Episcopalis, die *Erz-Bischhoffliche Bogtey*/ intra Urbem fortè indigetur; dependet illa à Statu pristino Archi Episcopatus, & necessitudine Civitatis cum Archi-Episcopatu, per subrutum illius statum pristinum simul (quanquam aliàs arbitraria & pactitia fuerit, & pactorum ab altera parte observationem flagitaverit). eversa. Nihilominus jam ante memoratum convention-

ventionis tempus, præfectura Archi-Episcopalis esse de-
fiit.

l) *Inchoati fuerunt.*] Ante jubebantur hac declara-
tione, Præfecturæ eo statu esse, quo ante hos motus fue-
rant; hic probatur possessio ejus temporis, quo Tractatus
Pacis inchoati fuerunt. Unde illa varietas in re una? Cæ-
terùm, cum Civitati Bremensi omnia Jura salva esse de-
beant, intelligi nequit, quæ non omnis etiam temporis
possessio eidem salva esse debeat?

m) *Explicatio coram Imperij Deputatis.*] Cum Dominus Sal-
vius, nomine Legationis Suedicæ, hanc Declarationem
istis verbis à se conceptam, primùm Osnabrugis, die 6.
(16.) Sept. 1648. quo die Instrumentum Pacis Cæsareo-
Suedicum depositum ac obsignatum, Dominis Plenipo-
tentiariis Cæsareis obtulisset, ac desuper attestatum pe-
tiisset, Illi, conventionem semel factam allegando, non ad-
miserunt declarationem, attestatumque negarunt. Post-
ea, cum nihilominus institisset Dominus Salvius; Idemque
petitum aliquoties, præsentibus Statuum Imperii Depu-
tatis extraordinariis, imprimis Monasterii, die 29. Sept.
stil. vet. & 9. Octobr. stil. nov. quo instrumentum ex de-
posito rursus eximebatur, appetiisset, illis in negatione
persistentibus, Deputati tandem, procurandæ subscriptio-
nis Instrumenti causâ, se Attestatum daturos receperunt,
ac deinde hoc ipsum, sub Sigillo Cancellariæ Moguntinæ,
exhibitum est. Ut verò Domini Deputati, detrahere vel
minimum, conventioni cum Dominis Plenipotentariis
S. Cæs. Maj. initæ, & consensu Dominorum Electorum,
Principum, ac Statuum Imperii ad Instrumentum Pacis
relatæ, nec potuerunt, nec voluerunt, ita nec aliud quic-
quam, quàm nudum factum Declarationis, à Lega-
tione Suedicâ interpositæ, dicta Cancellaria
testificata est.


1754080
AB: 154080


X 2514639

ULB Halle 3
006 790 151


Handwritten scribbles and faint text at the bottom right of the page.







Farbkarte #13

B.I.G.

54

ATUM
alis Moguntinæ,
larationem Dni.
hannis Adleri Sal vii,
Westphalica,
sertam,
. 1648.
Bremensis ejusq;
oris PRÆSENTEM
verò Bremensi. &c.
ns.
er Königl. Schwedische
lvius, erstlich zu Osnabrück
. jüngst bey Obfignation
des Instrumenti Pacis Cæ-
nter andern / eine declara-
ntellectu, verborum arti-
mento inserti in Schriften
tæ talis declarationis, ad
& exhibita, begehrt: Und
er Zeit conventionem se-
t was anzunehmen / oder ad
folgends allhie zu Münster
petitum attestati erwie-
Reigerung der Herren Kais.
Reichs erfordert / des Ends
chs Directorio eingeschri-
q; territorio & subditis
ura & Privilegia in Fe
tione relinquuntur. Si
quæ